



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXX. Bononien. fideicommissi de Cambiis. De imputatione facienda
in legitimam, aliásque detractiones, legatorum, seu bonorum alienatorum,
quomodo fieri, vel sequi dicatur, præsertim ad effectus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

& seqq. ubi add. Et tertio in idem, quod cum magna inæqualitas ferè in dimidio adesset inter fructus activos, & passivos, hinc proinde deducio, sed patet tot bonorum ad quantum debita, & onera fieri non deberet, habita ratione valoris in sorte, sed habita ratione fructuum, nè alias hæres cogeretur de proprio solvere illud plus, quod singularis annis fructus passivi importarent supra fructus activos.

Quamvis autem ego in dictis controversiis, in quibus in forma contentiosa agebatur, fuerim dicti Octavii hereditis (pro mea tenui facultate) acerrimus defensor, nimisque benevolus; Super hoc tamen puncto contra cum Respondi, quod scilicet ejus præfatio minus probabilis videretur, quoniam ita esset duplicitam deductionem facere, quod scilicet pro mille debitis, fieri deberet deductione bonorum valoris bis mille, contrà omnes justitiae, & æquitatis rationes; Ideoque dicebam quod ista est materia potius æquitatis, & arbitrii, eo modo, quo in præcedentibus habetur, circa ipsius legitimæ deductionem, quoniam licet quavis de stricta juris censura, illa deduci debeat de singulis corporibus, atque, ut nostri dicunt, de qualibet gleba, tanquam portio quotitativa, nihilominus intrat æquitatium Judicis arbitrium ad substinentiam alternationem aliorum bonorum in totum in ejus causam factam; Sive ad aliqua bona assignandum, Vel etiam pro facti qualitate, contra juris regulam, cogendo filium ad recipiendum legitimam in pecunia, vel in mobilibus, quia nempe stabilita ex justa cœla, pro idoque parentis consilio, perpetua conservationi favore universæ descendenter, vel agnationis destinata, congruam non patientur divisionem, cum similibus.

Ira à pari dicebam quod ista quæstio pro facti qualitate decidenda videatur, prudenti, benèque regulato arbitrio, ex temporum præsertim, aliarumque contingentiarum qualitate regulando; Si enim in hereditate adessent bona, quæ citræ ejus notabiliter deturpationem, quia nempe non conspicua, & honorifica, essent prompta, ac facilis venditionis pro juito pretio, tunc nulla suberat necessitas assumenti itam questionem, dum ita promptè occurri poterat, extinguendo debita usuraria sub gravioribus usiris, atque ita cessabat quæstio in radice; Ubi vero id practicabile non esset, quia nempe expediret meliorem temporum oportunitatem expadare, tunc non agnoscetam differentias rationem, cur sicuti in illis bonis, quæ censibus reservativis, vel alii oneribus annuis verè realibus obnoxia sunt, sit divisio cum assumptione pro rata, ita non deberet idem practicari in hujusmodi censibus consignativis, vel similibus debitis fructiferis, quælibet ad alios effectus de stricta juris censura ex veriori sententia benè probata per Sribentes apud Cene, de cens. quæst. 79. num. 4. cum sequ. & plures alibi insinuata, importent onus magis personale, quam reale, attamen de facto, ac spectato effectu sonant in idem, ita servando illum modum, qui teneri solet inter fratres, vel alios aliquod patrimonium, vel hereditatem pro communi possidentes, dum ut in præcedentibus insinuat, ista quoque divisio est per quotas, ut in his terminis advertitur per Fontanell. decisi. 574. num. 19.

Atque cum hoc temperamento sepius dicere consuevi, ac de facto plures practicavi, quod decidenda est quæstio, super qua habentur opiniones hinc inde superioris relatae, & qua verè, & propriè procedit, ubi agatur de debitibus dubiis, & illiquidis,

undè practicabile non sit temperamentum vendendi bona, ut ea extinguerentur, sed expedita substanter litem pro eorum solutione in totum, velia parte evitanda, quoniam pro facti qualitate, & circumstantiis, quandoque una, & quandoque altera opinio recipienda, & practicanda videtur; Ideoque pro meo sensu semper erroneous credidi hujusmodi, ac similes quæstiones tractare, ac decidere cum generalitatibus, & cum solito incepto stylo enumrandi doctrinas, & an magis communis, unius, & tertius filteret, sive cum decisionibus, qua indirectionibus prodierint, quoniam stant bene simul, ut uno casu una opinio practicata sit, & in altero debeat altera practicari.

BONONIEN.

FIDEICOMMISSI DE CAMBIIS
S E U
L U P A R I S,
P R O
C O M . J O A N N . M A R C O I N S U L A N O
C U M

COMITISSA ARTEMISIA LUPARI

Casus decisus per Rotam, ut infra,
De imputatione facienda in legitimam, & liaque detractiones legatorum, scilicet bonorum alienatorum, quomodo fieri, & sequi dicatur, præsertim ad effectus tertius præjudiciales; Et quale tempus attendebeat circa valorem bonorum alienorum pro ejus imputatione facienda.

S V M M A R I V M

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones causa.
- 3 **Q**uidquid obvinetur per ultimam voluntatem imputatur.
- 4 **D**eratione, ob quam displicet lectura Legij arum.
- 5 **R**egula de qua num. 3. procedit data acc. plenum.
- 6 **D**e acceptatione presumpta ob scientiam.
- 7 **I**n quo consistat interesse.
- 8 **Q**ualis valor attendatur in bonis fideicommissi venditis, distinguuntur.
- 9 **E**sit in arbitrio fideicommissarii agere ad rem, ad premium.
- 10 **P**er consensum alienationi non est remissum fiduciam.
- 11 **Q**uid referat intrare imputationem, necni.
- 12 **Q**uando intrare imputatio.
- 13 **A**lind est imputare, alind restituere.
- 14 **N**on acquiritur dominium sine agitione.
- 15 **F**ideicommissum purificatum transmittitur, sed tanquam agnoscendum.

D I S C . XXX.

IOannes Baptista Cambius, heredem institutum Horatium, cui sine filiis morienti substituit Franciscam filiam, omnesque ejus descendentes, ac in specie post terminatam dicti Horatii lineam, reliquit dicta Franciscæ quamdam dominum; Horatius autem prole destitutus, omnia ejus bona donavit Antonio Insulano Franciscæ filio, qui ducta uxore Camilla Ursia, eodem Horatio donata, readhuc vivente, de Franciscæ matris confusa vendidit domum hereditariam Joan. Baptiste prelio

librarum 12.m. defunctaque Horatio, Francisca superles in testamento hæredem instituit ejusdem Antonii filium, cuius prole decedenti substituit Artemisiam filiam, ad cuius favorem dicta substitutio purificata fuit per Antonii mortem, quæ antiquitate commissi familiæ Insulanæ aperturam causavit ad favorem Co. Joannis Merci, inter quem, & dictam Camillam Antonii uxorem ab eo etiam hæredem institutam, ortis controversiis pro iuribus ab eadem prætensis, tām ex dicto titulo hæreditatio, quā fortius pro ejus credito dotali librarum 40.m. deventum est ad concordiam, per quam Jo. Marcus, solitus quibusdam suis, vel assignatis bonis prefata Camilla, omnium ejus iurium plenam cessionem reportavit; Ortaque postmodum controværia inter ipsos, & dictam Artemisiam super bonis proventibus à præfatis Jo. Baptista, & Francisca; Cum Jo. Marcus ita ex jure cesso representans personam Antonii obiceret de detractionibus dicto Antonio competentibus in bonis dictæ Franciscæ matris præfertim legitimæ, & trebellianicæ; Replicabatur ex parte dictæ Artemisiae de carum consumptione ob imputationem dictarum librarum 12.m. obvenientium ex causa venditionis enunciata domus fideicommissaria, & aliarum librarum 27.m. ex causa prælegatis facti, atque desuper ad favorem Franciscæ, duæ in partibus prodierunt sententiae Auditoris Generalis, & Rotæ Bononiæ. Introdūcta vero causa per appellationem in Rotæ coram Melio, datoque dubio, an ad formam Statuti constaret de duabus conformibus, quæ venirent execuenda, sub die 12. Decembris 1659. affirmativa pro eadem Artemisia prodit resolutio, confirmata coram eodem 4. Iulij 1660. Reproposita vero causa coram Bourlez 2 monti, subrogato sub diebus 10. Ianuarii 1661. & 23. Ianuarii 1662. reformando priores resolutiones, recessum fuit ab eis quoad imputationem partita librarum 27.m. ex causa prælegati, perstitutum vero fuit in decisio[n]is respectu partita librarum 12.m. pro pretio domus, ad quarum decisionum normam expedita sententia, & interposita appellatione cum actrix prætenderet adesse tres conformes, ideoque ultiori appellationi locum non esse, adita fuit plena Signatura Jusitiae & commissa causa denud in Rotæ coram Bevilaga, coram illo habita fuit disputatio sub die 2. Maii 1664. incertumque est qualis fuerit causa exitus, quem credo faisse per concordiam, dum de illa amplius actum non audiui.

In his autem disputationibus, ultra alia in puro facto potius consistentia; Quatenus ad hanc materiam detractionum, ac respectivæ imputationum pertinent, duo erant puncti; Primò nempe circa partitam librarum 27.m. ex causa prælegati; Et secundò circa alteram librarum 12.m. pro pretio domus fideicommissaria vendita.

Super primo puncto, nulla erat quæstio juris, sed tota facta super dicti prælegati acceptatione, ex cuiusnon probata defactu, probabilius in posterioribus decisionibus dictum fuit imputationi locum non esse.

Non negabam etenim ego scribens pro Jo. Marco, regulam, scilicet conclusionem juris, ut quidquid si illus capit ex legato, vel alia ultima voluntate parentis, non confitio de istius diverso animo, veniat imputandum; Sicut è converso vera est regula opposita insinuata superioris dicti 24. in iis, quæ obtinuerunt per validam, ac perfectam donationem inter vivos, cum sint principia certa, super quibus fructu[m] prioris decisiones coram Melio præterim prima 12. Decembris 1659. nimium se diffundunt in auctorita-

tum cumulo verè inani in hujusmodi jam receperitis, ac hodiè præsupponendis conclusionibus, cum id aliud non operetur, nisi reddere naufragativa Juristarum opera, quæ proprie[te]tæ aliorum litteratorum lectura prorsus indigna reddita sunt; Sed p[ro]n[oc]tus erat in ejusdem regula applicatione, scilicet verificatione conditionis, sub qua dicta regula imputationis intrat, quatenus scilicet constet de acceptatione, sine qua, obvenientia ex legato, vel alia ultima voluntate, quinimò etiam ex donatione inter vivos, nobis non acquiruntur, neque de nostro patrimonio fiunt, ut pluries advertitur sub tit. de credito ad materiam textus in l. qui autem ff. quæ in fraudem credit, ac etiam sub tit. de donatione.

Ad probandum autem acceptationem; Scribentes pro actrice, prioresque decisiones coram R. elio insistebant in generalitatibus, de quibus eod. tit. donat, quod scilicet in actibus utilibus, & lucrative, data scientia, præsumatur acceptatio, Verum hoc erat leve fundamentum, quoniam ut advertitur eod. tit. de donatione, ista simplex præsumptio juris, contraria probatione, vel fortiori præsumptione elidibilis, procedit in merè utilibus, & lucrative, non autem in onerosis, & correspondivis, quæ ad damnum se habere possunt; Et hic erat casus, quoniam istud prælegatum consistebat in quibusdam prætensionibus turbidis, quas Francisca mater habebat super dicto fideicommissio Insulano in vim Auct. Res quæ pro ejus doribus; Ideoque Antonio duplicum personam ita gerenti, magis expediebat non acceptare contra scipsum dictum turbidum legatum imputabile in legitimam sibi debitam in corporibus, adeo ut etiam si dictum nomen debitoris esset clarum, adhuc potuisset sibi magis expedire illud non acceptare, dum de jure non tenetur pro quota legitimæ debitæ in bonis stabilibus, ut plures in praecedentibus advertitur; Aliæque accedebant circumstantiæ excludentes hujusmodi acceptationem, quæ est imputationis fundamentum, ut advertitur etiam in praecedentibus occasione agendi de imputatione fructuum, vel ususfructus, quod scilicet auctoritates imputationem firmantes, procedunt cum præsupposito acceptationis perfectæ, ac irretractabilis, ejusque effectuationis.

Quovero ad aliam partitam librarum 12. m. ex causa venditionis domus, duo pariter fuerunt puniti; Primo scilicet circa dicti pretii quantitatem imputandam, stante facta præsupposito, quod de tempore agnitionis fideicommissa facta per actricem, dicta domus ex quibusdam non culposis accidentibus notabilem deteriorationem in valore passa esset; Unde propter eam scribendo ad causæ oportunitudinem tanquam Advocatus deducebam conclusionem, de qua sub tit. defend ad materiam bullæ Baronum dict. 81. & alibi plures, quod scilicet inter se 7 aliud non est nisi facta suppletio veritatis, quam factio excedere non potest, & consequenter quod aliud pretendere non posset, nisi quantum inter se domum existere, ac alienatam non esse, ac propter eam tempus præsens in ejus valutatione attendi deberet.

Verum reflectendo ad veritatem, in hac parte probabiles vix sunt resolutiones attendentis pretium, pro quo alienatio facta est, atque ad gravati manus obvenit iuxta dicti 831. Merlini, cum aliis per Fusar. quest. 560. numer. 45. dicta siquidem consideratio attendendi tempus restitutionis, non autem alienationis, recte intrat in alienatione illicita, quam hæc gravatus faciat, quia de jure eam facere non poterat, cum tunc fideicom-

Card. de Luca P. III. de Legit.

O missa-

De LUCA
de
statu[m]
et lat.
GVI
9

missario integra remaneat actio, vel agendi ad ipsam rem alienatam pro ejus vindicatione, vel contra gravatum alienantem ad quanti interest eam factam non esse, ad ipsius fideicommissarii arbitrium, seu electionem, ut pluries advertitur in sua materia *sub tit. de fideicom.* Et consequenter eligendo ageare ad id, quod interest contra gravatum alienantem, quod magis expedire advertitur præsertim *dicitur tit.* *de fideicom. in Mantuana dis. 173.* attendendus est valor de presenti, cuius suppletionem actio ad in-

⁹ tercile importat; Idque aequa ad lucrum, ac damnum se habere potest, quoniam si casus dedisset oppositum, ut scilicet istius domus valor ex beneficio medii temporis notabile receperisset incrementum, istud fideicommissi commodo, ac respectivè gravati damno cederet, dum adipiscam rem actio competit, ideoque idem dicendum in casu converso ex re-

gula secundum naturam, &c.

Sic autem ubi alienatio licet fiat, ut in praesenti de consensu vocati ad fideicommissum, per quem consensum non censetur remissum fideicommissum, sed solum illud transfusum in premium tamquam per speciem cuiusdam implicita permutatio-¹⁰nis, vel subrogationis. Et consequenter ex tunc premium inalterabiliter effectum est de dominio fideicommissi, ad eundem si fuisset in alia bona investitum, quæ casuale incrementum, vel decrementum passa essent, commodum, vel respectivè damnum fuisset ipsius fideicommissi.

Credebam tamen, quod de stricta juris censura, gravamen consideret circa tempus, vel modum, quod scilicet dicta imputatio ipso jure facta non es-¹¹set, sed quod ea exclusa, dicti Antonii hereditas remaneret fideicommissi debitrix in dicta summa pro reintegrazione; Id autem nimium inspicere refert pro effectibus exinde resultantibus ponderatis supra *dis. 18. & 25.* & cibis, pro jure scilicet creditorum, quorum interesset latifaci super bonis, & corporibus gravato pro eius quota competentibus, fideicommissum verò pro reintegrazione esset creditor, qui venire debet in concurso, & sic magna diffi-
cilia est inter imputationem ipso jure resultan-
tem, & obligationem restituendi premium, quod ha-
betur in manibus, ac reintegrandi fideicommissum.

Impossibile autem videbatur dare dictam imputa-
tionem ipso jure, quoniam illa datur in eo, quod
filius habet in manibus de bonis, ac patrimonio pa-¹²rentis de tempore mortis, quando ex legi ministe-
rio oritur ipsum debitum, ac fit separatio bono-
rum, vel quotæ, ad communiter notata in *l. in qua-
tam ff. ad trebell. & l. quoniam in prioribus Cod. de
inoff. testamen.* Id autem verificabile non erat, quo-
niam licet per mortem Horatii, fideicommissum parti-
culare in hac domo, aliisque bonis purificatum es-
set ad favorem Franciscæ matris, attamen ea nun-
quam illud agnoverat, & consequenter dicinon poterat quod bona effecta essent de eius dominio,
ac remansisset in ejus hereditate, & patrimonio de
tempore mortis, de quo tempore, dicto Antonio filio agnoscendi maternam hereditatem, quæ situm
fuit jus in ejus bonis pro quota legitimæ ita cadente
sub hypothecis contractis præsertim ex causa dōtis
dictæ Camillæ, de cuius jure Jo. Marcus excipiebat;
Ideoque punctus non erat in substantia debiti, sed
¹³ erat in modo, quoniam ego admittebam ut heredi-
tas Antonii teneretur restituere dictum premium
taquam debitum, a sequēdum tamen in concurso
cum aliis creditoribus habendo super bonis stabili-
bus cadentibus sub dicta quota detractionum, no-

autem in ratione imputationis, quæ extinguitus
detractionis ab initio; Verum ista certa veritas in ju-
ris irrefragabilibus principiis fundata, pro meo con-
silio fato, reputabatur ratiocinium, sive ingeni
acumen, eo quia non dabantur decisiones, vel au-
toritates, quæ id dicentes in littera, cum qua hodie
procedi videtur, insistendo in moderna insipidum
magnificandi individua, non curando indagare, a
benè fundata sint, necnè, sive an bene applicentur
ad casum.

Dicebant Scribentes pro actrice, (atque Rotina decisionibus præsertim primis admittit,) quod cum non ageretur de fideicommisso universalis, sed de par-
ticulari, quod redolat naturam legati speciei, hinc
dominium relegata recta via in legatarium trans-
ferri dicitur, & consequenter quod ab ipso instanti
mortis dicti Horatii, dominium dicta domus, vel
pretium ejus loco subrogari, effectum esset dictæ Fran-
cisæ, unde propter ea verificaretur dictum requi-
sum pro imputatione necessarium, quod bono-
mansiissent in patrimonio de tempore mortis.

Ista verò era fallacia manifesta, quoniam, ut ad-
vertitur plures *d. tit. de credito* ad materiam tem-
in l. qui autem ff. que in fraud. cred. ita translata
domini catenus operativa est, quatenus accedit
agnitio, & non aliás, & quæ per Franciscam vivo-
tem nunquam facta fuerat.

Et quamvis replicaretur de altera vera conclusio-
ne plures insinuata in dicta sua materia *sub tit. ii.
de fideicom.* quod fideicommissum in vita purifica-
tum, quamvis non agnatum, transmittitur ad heredem, quorum primus si agnoscere neglat, id non
præjudicet secundo, vel substituto, qui potest agnoscere, ut præsertim advertitur *d. iii. de fideicom.*
Prænestina dis. 78. Attamen pariter manifesta fab-
cia erat in applicatione, quoniam ut ex *Peregr. de
fideicom. art. 2. num. 15. & seqq. & num. 63.* ac illi
firmatur per Rotam plures, & præsertim in *Mulanen. Jurisparronus 4. Decembbris 1658. & 5. Maii
1660. coram Albergato,* haec transmissio fieri dicitur
de fideicommisso tanquam agnoscendo, non tan-
quam agnito, ideoque ad effectum acquisitionis
domini necessarium est actus agnitionis, qui cum
sequitus esset per aetatem post mortem tam Fran-
cisæ, quam Antonii primi hereditis, hinc dictum ef-
fectum retrotractivum operari non poterat, quo-
niam donec agnitione sequatur, bona restitutio non sub-
jecta, continuare dicuntur in dominio hereditatis;
Ideoque intellectus resolutionibus in hac parte
non acquiescebat.

ROMANA
FIDEICOMMISSI
DE ALBERINIS
PRO
CLEMENTIA PURA
CVM
LAURENTIO DE DOMO, ET ANGELO
JACOBILLO.
Casus varie decisus per Rotam.

An, & quando detractiones accidentales, &
quantitativer, cōpetentes hereditati gravato
ex persona propria contraria defunctum,
possint ab eo prohiberi; Et quatenus pos-
sunt,